



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

37 de Vicariis temporalibus, officiali & aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

2 ¶ Et Rebuffus scribit in *tract. de pacifi. posse. nu. 273.* abbatem sancti Sulpitii apud Biturum. cens triennalem esse, & singulis triennii eligi. ¶ Atque in comitiis Aurelianensibus placuit, ut post hac abbatia & priores essent adueniente vacatione triennales, ex electione Vestalium. *Aux. or. donan. des. vros. est. d. Orleans. art. 3.* Sancit & Innocentius tertius in *c. cum ad monasterium. c. 6. §. tales. de stat. mona. lib. 3. Decret. tit. 35.* ne alicui monachorum committatur obedientia perpetuo possidenda, tanquam sibi in suam vitam locetur: sed cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur. Explicat Clemens quintus ex concilio Viennensi in *c. vnic. de supplen. negli. pralat. lib. 1. Clement. tit. 5.* dum ait, priores & administratores beneficiorum, quae sunt de mensa abbatis vel monasterii, posse libere ad claustrum cum oportuerit reuocari. Quod intelligendum est de beneficiis, quorum administrationes conferuntur abbatibus, non quando per electionem ad ea vocantur. Priores enim manualia habere beneficia, & ad nutum privati posse dicuntur iure: alii nequaquam, *ca. 2. de stat. mona. ap. Grego. late de Seln. in tract. benefic. part. 3. q. 68.* qui titularii sunt, nec aliorum more ad regimen tantum ecclesiarum vel prioratum dicuntur. *in ca. 1. §. in eos autem, de priu. in 6. lib. 5. tit. 7.* Obseruandum itaque est in hac quaestione, posse beneficium vel prioratum regulare esse administrationis causa tantum concedendum: vel naturam habere perpetui beneficii. Et in primo casu amoueri posse ab abbate praefectum, videlicet si iusta amotionis adfit causa: aliter enim post monachum a beneficio manuali sine causa amoueri, implorare superioris abbatis auxilium, ut post Innocentium in *ca. in sinu ante, qui cler. vel uenit. & Decium in c. ad nostram, circa fin. de confir. uti.* & Ioannem de Seln. in *d. tract. benefic. §. d. q. notauit obseruari in Gallia Rebuffus in d. tract. pacifi. posse. nu. 275. & 281.*

4 ¶ Sed & fit hoc irreuocabile beneficium proculdubio, quando post concessionem abbatis confirmatur possessor ex certa scientia, & expressa qualitate per summum pontificem, ut antiorant Imola & Panormitan. in *c. nisi essent, de prebend. & in ca. cum inter, de electio. & Rebuffus in d. tract. nu. 279.* Quod si perpetui beneficii naturam habeat prioratus, beneficium illud praesentis non est tractationis, nec amoueri praefectus per abbatem poterit: consilio enim facta censetur cum sua qualitate, *Clem. vnic. de supplen. negli. pralator. in Clem. vni. de ca. cl. mona. in 6.*

De Vicariis temporalibus, officiali, & aliis, Cap. 37.

1 Vicarius temporalis quis.
 2 Officialis & curatus est episcopi, & ut sit ecclesiastica persona.
 3 Vicarius episcopi in spiritualibus.
 4 Officialis ordinarius, & foraneus episcopi qui.
 5 Officialis ordinarius episcopi per peccatum sunt, nec destituuntur ab episcopo.

1 Vicarii temporales quidem beneficium regunt, sed ideo beneficiarii non sunt: nam non sibi, sed alteri possident. De hoc, & de vicario perpetuo paulo ante dictum est, dum ageremus de plebanis seu parochiis. De vicario autem episcopi generali, & paulo post dicemus cap. 41. Et rursum paulo de officiali.

2 Dicitur & officialis vicarius episcopi, habens iurisdictionem. Hic ex clericis, non ex laicis constitui debet, *ca. in noua, 16. q. 7.* & locum episcopi tenet vel repraesentat: unde & in eius sede eo absente in actibus, in quibus episcopi interest, praesidet, *can. si. 93. dist. 11.* Et quia vices gerit episcopi officialis in iurisdictione ecclesiastica distribuenda, dicitur vicarius, *c. 1. de offi. vica. in 6.*

3 Si utitur & is, qui absente episcopo in beneficiorum collatione manus illud pro episcopo exsequitur, dicitur vicarius in spiritualibus, vel vicarius generalis, *cap. final. cod.* Qui si non distinguatur ab officiali, & officialis recte dicitur vicarius: quia & officialis dicitur, nomine episcopi conferre beneficia, *cap. ex frequentibus, de institutio. ap. Grego.*

4 Porro & officialis in duplici sunt differentia: nam alii faciunt eandem sedem cum episcopo, & sunt iudices ordinarii: alii delegati ad certas causas, & in certa regione & ecclesiae, qui dicitur foranei, a quibus appellatur, ut delegati ad delegantem episcopum: cum ab ordinariis nequaquam ad episcopum, sed ad archiepiscopum fiat prouocatio, *clem. 2. in 1. a. gloss. de rescript. in clem. cap. 1. de offic. ordinar. in 6.* Foranei ut plerumque etiam temporales, alii perpetui, id est, quamdiu viuunt, *l. 1. in P. pro soc.*

5 Quamuis & enim ad nutum fiant ab episcopo, tamen facti

nec ab eo, nec a succedente in episcopatu amoueri ab officio possunt, nisi mors vel delictum interueniat: etsi ad beneficiatum fiant, ut notat Oldradus *consil. 4. Iason, §. sed vsq. a. 6. col. de a. etio. Alexander, consil. 216. incip. magister, col. fin. lib. 7.* Ludouicus Gomes ad *reg. cancel. de non toll. iure quasi. q. 4.* Decet enim beneficium perpetuo manere, *Lauris peris, de excusa. iuror.*

De Commendatariis. Cap. 38.

1 Commendatarii uere non sunt beneficiarii.
 2 Commendatarii iure regalia qui.
 3 Regalia iure regi ex duplici causa competunt.
 4 Ecclesia tantum ex facultate principis bona possidet.
 5 Manus mortuae quae collegia dicuntur, & quare.
 6 Bona immobilia quare manus mortuae non possideant sine gratia.
 7 Regalia iure quando, & quando fructus ecclesiarum capiuntur rex.
 8 Regalia iure durat, donec praestetur fides regi a praelato.
 Collatio beneficiorum iure regalia, eod.
 9 Episcopi probandi a principe.
 10 Vacantium ecclesiarum annuus fructus a quo regi Gallorum concessi.
 S. Ludouicus a Bonifacio in numerum sanctorum relatus, eod.
 11 Philippus rex a Bonifacio excommunicatus, absolutus a Benedicto, Philippo regnum ademptum, & restitutum, eod.
 12 Collationes iure regalia a quo tempore competunt regibus Galliae.
 13 Electio & nominatio ad praelaturas, solius regis Gallorum.
 14 Spiritualis & temporalis potestas quando simul laicis concessa fuit.
 15 Beneficiorum vacantia annales concessa reuocata.
 16 Vacantia commendatariorum annua militum hospitaliariorum.
 17 Philippus Imperator bona ecclesiae baronibus concessit. Bona ecclesiae tyrannice distrabuntur, eod.

¶ Vi & in commendam habet temporale beneficium ab episcopo, cum ultra sex menses non possit commendari, *c. nemo deinceps. c. 1. de electio. in 6.* non dicitur beneficiarius: quia nec perpetuo, nec sibi, nec alii possidet, *Rota in decr. 244. in antiquis.* Nihil enim aliud est commendare, quam deponere, *l. commendare, de ver. sig. l. Lucius, de of. in P. c. 1. eo ut. ap. Grego. can. ne quis arbitretur, 22. q. 2.* Is autem qui deponit, remanet potius dominus, quam is cui res committitur. *l. rei commodata. §. commod. P. Et Vlpianus in lex fulto. §. 35. §. rerum autem Italiarum, de hered. instum, lib. 28. P. tit. 1.* non alias res alicuius loci vel personae censuit, quam si quis perpetuo ibi habuerit atque ita deposuerit, ut perpetuo haberet. ¶ Non & sunt etiam inter beneficiarios annuati, qui iure regalia sub custodia habent beneficia ecclesiastica, vel qui collationem eorum a laicis nacti sunt, ut monuit Molinæus in *reg. de instrum. tit. 1. num. 186.*

¶ Sunt & autem regalia beneficiorum in duplici differentia: nam ius regale, vel ratione bonorum immobilium temporalium regi competit, vel ratione iuris spiritualis. Ratione bonorum, quia episcopatus & praelaturae siue cathedrales ecclesiae ferre omnes in Gallia habent bona temporalia a principe in feudum. ¶ Non & enim licet collegialibus ecclesiis in Gallia, bona habere immobilia quin facultas a principe concedatur, *Aegidi. Magister in tract. de amou. mens. nos in Fendis iura quae dicitur dispensatio. communi autem idiomate amouissimum, vel us mortuum.* ¶ Siquidem & manus mortuae dicuntur, ecclesiae, collegia, capitula vniuersitates: quia in eodem statu permanent, voluti mortuis, & expertes omnis vicissitudinis. istius saltem seculi. Siue enim lignum ceciderit ad austrum, siue ad aquilonem, ibi ardebit. Cum tamen viuentes multis & pene infinitis mutationibus & alterationibus sint obnoxii, vipote sub perpetuo motu degentes, *§. ut autem lex, de non ali. reb. eccles. variisque acti voluntariis, l. quia poterat, ad senatus. cons. Tribelli in P.* Et quia collegia, capitula, ecclesiae semper per subrogationem personarum, statum eundem habent. Sicuti sedes iudicialis, quamquam moriatur iudex, habet idem iudicium: etsi alius in defuncti locum substituitur, *l. p. oponeb. iur. de iud.* Bonitaeque, quae ab illis tenentur & possidentur, veluti mortuae dicuntur: quia mutare statum non possunt: praeter ius ab alienari iure communi nequeant, *l. in bemus nulli, 1. §. scientes, in sine. §. §. sane, in sine, de sacros. eccles. c. tu de reb. eccles. non alie. in auth.* ¶ Quamobrem & neque possideri bona temporalia posse ab illis iure communi placet, et potissimum ab ecclesiasticis, collegiis & ecclesiis, aliisque simili-